





LXXXVI.

1795 11

36

64

DE

RITV IVRANDI MANV SVBLATA VEL  
PECTORI IMPOSITA.

DISSERTATIO

QVAM

PRAESIDE

D. GEORGIO STEPHANO  
WIESANDIO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS  
SVMMI PROVOCATIONVM SENATVS DECRETALIVM PRO-  
FESSORE PUBLICO FACULTATIS IURIDICAE ORDINARIO CONSI-  
STORII ECCLESIASTICI DIRECTORE CVRIAEC PROVINCIALIS  
*et* SCABINATVS ASSESSORE

DIE XXIX. OCTOBR. A. R. S. CIOI OCCLXXXXV.

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDET

AVCTOR

FRIDERICVS GVILIELMVS HERMANNVS  
*DRESDENIS.*

---

VITEBERGAE,

LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISIL.

LIBRARIUS  
MAGISTER SCHOLASTICUS  
HISTORIUS IMPERIALIS

DABERETATIS

MAZ

D GREGORIO STEPHANO  
MISSANDRO

SCARAVELLA ARSE ORB

CLIC OCTAVI ET CLIC DILECTORUM

HOC

HERMANUS DE SCHAESBERG

BRUNNEN

ESTAMPS EN TIRAGE NUMÉRIQUE

IOANNI ZACHARIAE  
HERMANNO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS CAMERAE  
IVVANDIS ET SUPREMO SALINARVM INSPECTORI

P A T R I O P T I M O

FRIDERICO LVDOVICO  
LINGKIO

CAVSSARVM PATRONO NEC NON CONDOMINO PRAEDIORVM EQVE.  
STRIVM WEIDLITZ ET PANNEWITZ

FRIDERICO GVILIELMO  
LINGKIO

IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATO CÖNDOMINO PRAEDIORVM EQVESTRIVM  
WEIDLITZ ET PANNEWITZ

AVVNCVLIS SVMME VENERANDIS

H V N C C E L I B E L L V M

PIA MENTE OFFERT

A V C T O R.

JOANNI SACRAE  
HERMANO

CAESARIA TATIANA ET CORDONIUS LACERIOINAE 1676.

FRIDERICI LAUDACIO

FINGRIO

CAESARIA TATIANA ET CORDONIUS LACERIOINAE 1676.

FRIDERICI CALIGRIO

FINGRIO

CAESARIA TATIANA ET CORDONIUS LACERIOINAE 1676.

VADGEFIS SUMMUS AURELIAPI

CAESARIA TATIANA ET CORDONIUS LACERIOINAE 1676.

HUCCEPITAN

CAESARIA TATIANA ET CORDONIUS LACERIOINAE 1676.

ROTTA

CAESARIA TATIANA ET CORDONIUS LACERIOINAE 1676.

ROTTA

CAESARIA TATIANA ET CORDONIUS LACERIOINAE 1676.



## PRO E M I V M.

**I**nquirere in ritus, quos varii populi in iurando et olim obseruarunt, et adhuc obseruant, vtile et iucundum est. Mores enim, quos homines sequuntur, nobis ea suppedant argumenta, ex quibus eorum virtutes et virtia cognoscimus, quia cum sensibus atque notionibus, quibus animus hominum est imbutus, archissimo quasi vinculo coniuncti esse videntur. Sic, ut exemplo vtar, religione christiana addicti, antequam doctrina purior priscam superstitionem profligerent, corporibus sanctorum, eorumque sacris reliquiis, altaribus, aliisque rebus sacris, manus in iureiurando praestando imponebant, vel capsam, quae sanctorum reliquias continebat, in gremio tenebant, quin nudis pedibus, adpositisque candelis, iuraturi, horrore quasi perfusi, adstabant.<sup>a)</sup>

A 3

Nunc

a) Legendum hic Malblanc in doctrin. de iureiurand. Lib. 3. §. 92. seq.



Nunc autem tenebris istis dissipatis, ritus, qui superstitionem redolent, reiciuntur sere ab omnibus, qui religionem puriorum sequuntur. Sed alia adhuc exstat ratio, quare commen-tatio, quae ritus iurandi indagat, non ab omni utilitate desti-tuta esse videatur. Etenim iuris scientia inuestigandis ritibus, quibus certa negotia expediri solent sollemniter, magis illu-stratur, cum fontes, ex quibus ipsa iura manarunt, aperiuntur, quibus quidem apertis, origines institutorum ac consuetudi-num facilius intelliguntur. Iuuat vero exquirere ortus et pro-gressus sollemnitatum, quae ad negotia rite perficienda requi-runtur. Liceat vero ingenue confitear, me tractare argumen-tum variis difficultatibus implicitum, neque me ea doctrina esse instructum, quam ipsa rei grauitas desiderat; spero tamen, aequos lectores meum qualecunque studium bene esse accep-turos. Ipsa praecipit pietas, vt voluntati patris optimi, qua-tenus ingenii tenuitas permittit, obtemperem. Huc accedit, quod patronis optime de me meritis, rationes temporis in hac academia transacti reddere debeam. Iuuenili aetati faci-te omnes ignoscere solent, modo verecundiae fines non egre-diatur. Ego vero id agam maxime, vt debitum cuius ho-norem tribuam.

Is vero, quem nunc edo libellus, tribus capitibus ab-solutitur, quorum primum explicat morem manu sublata iuran-di, qui, cum ad Germanos respicimus, et masculis et semi-nis olim communis fuit, et ab aliis quoque populis obseruatus fuisse videtur. Alterum ritum, priores digitos dextrae ma-nus iii iureiurando erigendi, tradit. Tertium ostendit mo-rem manu pectori imposta iusiurandum praestandi, quem ho-die adhuc in prouinciis Germanicis mulieres seruare solent.

CÄPVT

## CAPV T I.

*De more manu sublata iurandi.*

Mos manum dextram in iurecurando tollendi videtur esse antiquissimus. Omnia quidem rituum a gentibus in iurecurando praefando obseruatorum matrem non incommodo dixeris religionem, quae multis reperit caerimonias pietatis publice declarandae caussa. Omnes vero populi in eo consentiunt, numen existare diuinum, quod a iuraturo inuocandum sit, quo dictis et promissis maior fides atque auctoritas concilietur. Ex priscis scriptoribus luculenter intelligitur, Graecos pariter ac Romanos in ea opinione fuisse versatos, nullum vinculum ad fidem confirmandam esse iurecurando arctius, quia iurantes ad Deum tanquam testem veritatis et vindicem periurii prouocent. Hinc CICERO<sup>a)</sup>: *quod autem affirmate, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est.* Statuerunt quoque Romani, ipsum Deum vindicare periuria, L. 2. C. *de rebus credit.* cuius quidem mentem docte interpretatus fuit Cuiacius *Obsernat. Libr. 2. Cap. 19.* Euripides in *Medea* 169. seg. haec tradit:

Zῆνα δ', ὃς ἐγκω  
Θντοῖς ταμιας νενόμισα.

Inde is mos olim obtinuit, vt iuraturi dextram manum in coelum, quod HOMERVS<sup>b)</sup> θεῶν ἔδει dicit, Deos tanquam testes inuocaturi, tollerent. Sic APOLLO<sup>c)</sup> Lachesium, qui iuraturus erat, χεῖρας οὐατεῖνα, iubebat.<sup>d)</sup> Hunc ritum et in pre-

can-

a) *de officiis*. III, 29.

b) *Iliad.* V. v. 808.

c) POTTER *Archaeol. Gracc.* Tom. I. p. 572.

d) Idem comprobat locus ex Orpheo, quem excitat Dv FRESNE *Glossar.* med. et infim. Lat. Tom. II. p. 883. Edit. Basil. 1762.



cando Graeci obseruare erant soliti: πάντες οἱ ἀνθρώποι ἀνατεί-  
νομέν τὰς χεῖρας ἐς τὸν ἔργων εὐχὰς ποιήμενοι. ARISTOTELES<sup>e</sup>)  
de Mundo Cap. VI. Tom. I. p. 864. BRISSONIUS de for-  
mulis Libr. I. p. 97. Edit. Lips. 1731. docet, Romanos  
hunc ritum praecipue in votis faciendis adhibuisse. Sic LI-  
VIVS<sup>f</sup>): inter haec Consul manus ad coelum attollens, vo-  
ce clara ita, ut exaudiretur, templum Ioui Statori vout.  
Idem Libr. XXX. Cap. 21: Quae vota singularum uniuersi-  
orumque fuisse? quoties in conciliis voces manus ad coe-  
lum porrigentium auditas? OVIDIUS<sup>g</sup>)

hic votis numen adorat,

Brachiaque ad coelum, quod non videt, irrita tollens,

Poseit opem.

apud PLUTARCHVM<sup>h</sup>) πεδὲ τὸν ἔργων ανακεῖν τὰς χεῖρας dicun-  
tur Marius et Catulus, dum vount. SENECA<sup>i</sup>): hoc dicit,  
qui non exaudit precantum voces et undique sublati in  
coelum inanibus.

Sed nunc progredior ad veteres Germanos, qui pari-  
ter dextram manum in coelum atollebant. Hoc apparet ex  
Decreto Tassilonis de popularibus legib. §. 7. vbi haec re-  
periuntur: iterata voce, requisito debito, dicat: extenda-  
mus dextras nostras ad iustum indicium Dei, et tunc ma-  
nus dextrus ad eterque coelum extendat. Cum vero Taf-  
filo tempore Pipini vixerit, facile apparet, hunc ritum iam  
antiquis temporibus in Germania inualuisse. Eundem ritum  
quoque ostendit GREGORIUS TURONENSIS<sup>j</sup>): quidam autem,  
cum ad insurandum in hanc ecclesiam fuissest ingressus,

vbi

e) Conf. FEITHII Antiq. Homér. Lib. IV. p. 49. f) Libr. X. Cap. 36.

g) Metamorph. XI. 549 seqq. h) in Mario p. 420.

i) de Benefic. IV. 4. Adde Vellejum Paerulum Libr. II. Cap. 102.

j) Libr. I. de Miracul. Cap. 20.

vbi manus ante altare stans extulit, vt sacramentum mendax proferret. Porro Cap. 33: cum eleuatis manibus sacramenta proferrent, et Cap. 35: hisque litigantibus in hoc lis ipsa subiit, vt eam sacramento dirimerent: ingressique Basiliam S. Martyris eleuatis homo manibus ad perjurandum, cum nomini Sancti ore patulo nominare, haesit vox in faucibus. Disertis quoque verbis eiusmodi ritum in iureiurando obseruandum praescribit Spec. Suev. Cap. CCCXLII, §. 3. Verba ita iacent: *Man soll alle die eyd schweeren bey Gott, und bey seinen heiligen, man soll auch schweeren auf das heilig evangelium, und auff ein gereichte: Man soll auch die Hand aufheben gegen den himmel, und bey Gott und den heiligen schweeren.* Eandem sollemnitas in iureiurando adhibuit Archiepiscopus quidam Vienensis, de quo, cum anno 1314. iuriandum praefliterit, haec traduntur: <sup>l)</sup> primo videlicet praedictus Archiepiscopus manum suam sinistram tenens supra pedus suum, ut Praelatus, et dextram manum suam in altum, in praesentia crucis, Euangeliorum et Capitis B. Mauritii promittit. Aliud exemplum proponit DU FRESNE, <sup>m)</sup> qui ex fabulis quibusdam Franco-Gallicis verba quaedam hue pertinencia attulit, quae quidem ita se habent:

*Devant les seins à genollons se mist,*

*Leva sa main, defure l'efendi*

*Quand Herard sus (les seins) sa main tendi,*

*La main trembla, le char nerchi.*

Ex his quidem satis appareat, veteres Germanos iam ab antiquissimis temporibus dextram in iureiurando rite praestando in coelum fustulisse.

## B

## CAPUT

<sup>l)</sup> Histor. Delphin. Tom. II. p. 157.

<sup>m)</sup> Glossar. ad Script. med. et inf. latinit. Tom. II. p. 883. Ediz. Basil.



## CAPVT II.

*De more iurandi erectis tribus dextrae manus digitis.*

**E**t hodie in Germania vbius receptum, vt masculi iurent tribus digitis prioribus manus dextrae erectis<sup>a)</sup>. Quo vero tempore hic ritus primum inualuerit, haud satis constat. Id tamen certum est, eiusmodi morem non congruere saeculis antiquis, quibus populi Germanici luce religionis christianaæ nondum fuerunt illustrati. Secundum opinionem vulgarem non est dubitandum, prouocari a iuraturo ad sacrosanctam trinitatem<sup>b)</sup>. Certe haec opinio expressis verbis comprobata fuit in *appendice*, quae fuit adiecta statutis Hamburgensi- bus anno 1605. Hamburgi editis, p. 59.

Huius quidem moris exemplum tradit GRVPIENIVS, qui in Codice picturato<sup>c)</sup> imaginem ritus in iureiurando obseruatos illustrantem, exhibuit. Ibi quis ita iurat, vt sinistra manu capsam teneat, in qua insunt Sanctorum reliquiae, dextram vero tollat, atque eius priores digitos (*den Zeige- und Mittelfinger*) erigat. Eodem modo etiam duo consacramen- tales, qui simul occurrunt hac in imagine, iusurandum praefstant.<sup>d)</sup> Tollunt quidem dextram, sed solum erigunt primum digitum, quoniam forsitan tantum de credulitate iurantur. Priores digitii dextrae manus erecti quoque deprehenduntur in *Privilegio Bernhardi et Henrici* sub dato Tzelle An. 1392:<sup>e)</sup> *Mathei avend, usc truue tofemit guden Wil- len,*

a) Licet negandum haud sit, masculos interdum duobus tantum digitis erexit iusurandum praefuisse. *Conflit. Criminal. Carol. Art. 107.*

b) Stryk. *Vsi. modern. Pandect. Libr. XII. Tit. 2. §. 12.*

c) *Teutsche Alterthümer*, p. 60.

d) De hac pictura conferatur quoque Car. Ferd. HOMMELIVS in *iurispru- dia numismatibus illustrata*, p. 147. seq.

e) Confer, GRVPIENIVS in *den teutschen Alterthümern* p. 64. §. 2. lit. e.

ten, mit opperichteden vyngeren, und mit staveden eden  
 - - gesicoren to den hlygen. Hic ritus quoque obseruatus  
 est in pacto diuisionis, in dem Theilungsvertrage<sup>f)</sup> über  
 die Graffschafft Falkenstein de a. 1419. vbi haec verba legun-  
 tur: und wir obgenandten Grafen und Herren mit Na-  
 men wir Gerhard Graffe zu Sayn, Reiprecht Graffe zu  
 Viermberg Bernhard und Iohann Gebrüder Graffen zu  
 Solms, Herrn zu Eppstein und wir Dietlitz von Uffen-  
 berg, Herr zu Büdingen, gelobben und geredden in guten  
 Treuwen an eines Aucts stadt, und hat auch unser iegli-  
 cher besonder, einer dem andern hiemit an hand gelobt  
 und mit ussgeraichten Fingern zu den Heiligen geschwo-  
 ren. Ita quoque Ioannes, Dux Cliviae, in pacto de anno  
 1420.<sup>g)</sup> afferit, se iusurandum erectis digitis praestitisse:  
 Gelaist und gefekert in gouden trouwen, ond mit opperich-  
 teten vingern, ond mit geflaisten Eiden lyflich aver den  
 hyllgen geschwaren. Huc quoque pertinet Erwinus Comes  
 de Bentheim, qui erectis digitis iusurandum praestitit. Ita  
 enim in litteris reuersalibus de an. 1480.<sup>h)</sup> mentem suam ex-  
 pressit: quemadmodum haec omnia, stipulata manu, fide  
 data, promisimus, et erectis digitis corporaliter invau-  
 nus. Iuuat hic aliud adhuc exemplum adiungere, quod  
 Schannat in Clientel. Fuldens. cap. II. §. 1. profert, vbi  
 ritus inuestituree describitur hoc quidem modo: solebat ex-  
 pressis verbis fieri coram paribus curiae: hos autem (cum  
 adhuc in atrio seu peristylio maioris ecclesiae Fuldensis,  
 iudicia sua et conuentiones celebrarunt) vasallum inuesti-  
 endum recta via, ante altare S. Martyris Bonifacii fine

f) Confer. ZEPERNICK Miscell. zum Lehrerecht Vol. II. p. 310.

g) Confer. ZEPERNICK l. c. p. 309.

h) Schannat Clientel. Fuldens. Cod. Probat. No. 45.



*ad sacras eius Reliquias deduxisse, verisimile est, ut ibi-  
dem, more clientum esse in manus Abbatis commendans,  
homagium consuetum praeflaret, ac sacramentum diceret,  
quod erat mit obgerachten Finger zu den Heiligen schwören.*

Ex his satis intelligitur, ritum, cuius mentionem feci, aetate quidem media fuisse ortum, eumque spectare ad masculos. Est vero is ad posteros propagatus tamquam caerimonia religiosa fidei arctius deuincienda maxime apta.

### CAPVT III.

*De iureiurando, quod dextra manu pectori sinistro  
imposita praeflari solet.*

**R**itum, quem hodie mulieres iuratae sequuntur, iam a Romanis obseruatum fuisse, colligitur ex verbis Ouidii, qui *Libr. III. Amor. de nuptiis Fluuii Amonis Eleg. 6. v. 81. seqq.* canit:

*Supposuisse manus ad pectora lubricus amnit.  
Dicitur, et socii iura dedisse tori.*

Sed, licet Romanis visitatum fuerit, fidem pactorum confirmare manu pectori supposita; inde tamen non inferendum, hunc morem tantum pertinuisse ad feminas.

Antiquissimis temporibus in Germania a masculis et feminis unus idemque ritus in iurando videtur fuisse usurpatus. Gentes vero plures bellicosae eum ritum adhibuere, vt per gladium iurarent. Ammianus Marcellinus *Libr. 17. cap. 12* refert, Quados, eductis mucronibus, quos pro numinibus colunt, iurasse, se permanuros in fide. \*) Sed primo *Lex Alamann. Tit. 56. §. 2.* mulieribus iuraturis hunc iurandi modum

a) Plura hoc pertinentia tradit HEUMANNUS in *Observat. de iure iurandi per gladium, in Opuscul. p. 708. seqq.*

modum praescripsit: *Si autem ipsa femina dixerit: Maritus meus dedit mihi Morgengabe: computet, quantum volet aut in auro, aut in argento, aut in mancipiis, aut in equo, pecuniam XII. solidos valentem. Tunc liceat illi mulieri iurare per pedius suum, et dicat: Quod maritus mihi dedit in potestate et ego possidere debo: hoc dicunt Alemanni Nastaid.*<sup>b)</sup> Per pedius autem iuratur, dum manus pectori imponitur.<sup>c)</sup>

Lex Alam. initio Saec. VI. condita fuisse videtur, cum ex praefatione legis Salicae<sup>d)</sup> appareat, Theodoricum, regem Austrasiae, prima flamina huius legis duxisse. Ita enim tradit excitata *praefatio: Theodoricus, Rex Francorum, quem esset Catalaunis, elegit viros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis eruditi erant. Ipso autem dictante, iussit conscribere legem Francorum, et Alamannorum, et Baiuvariorum, et uniuicue genti, quae in eius potestate erat, secundum consuetudinem suam. Addiditque addenda, et improvisa et incomposita renouavit, et quae erant secundum consuetudinem paganorum, mutauit secundum legem Christianorum. Et quidquid THEODORICVS Rex propter vetustissimam paganorum consuetudinem emendare non potuit, posthaec CHILDEBERTVS, Rex, inchoauit, sed CHLOTARIUS Rex perfecit.*

Ex his satis perspicuum est, THEODORICVM ea, quae antea moribus paganorum obtinuere, mutasse, atque legis pracepta ita, ut cum religione christiana conspirarent, ordinasse

B 3

dinasse

<sup>b)</sup> De origine huius verbi, et de modo iuramentum, quod Nastaid dicebat, praestandi, multa docte differuit Io. Guil. HOFFMANNVS in *Observat. iur. Germ.* p. 92 seqq.

<sup>c)</sup> HEINECC. *ELEM. IUR. GERM.* Tom. II. p. 572. *GUNDLINGIANA P. IV. DIFF.* II. §. 10. p. 324.

<sup>d)</sup> Confer. proleg. leg. *SAL.* In edit. *Eccardian.* p. 3.



dinasse. Cui quidem consuetudini illustrandae quoque inseruit vetus ius Austriacum: <sup>e)</sup> Auch soll ein yegliche Frau Ir. Morgengab behaben, mit Irem Aydt auf ihren Brüsten, undt soll diew haben nach Landes Gewohnheit, als recht ist, und soll auch vor Gericht nicht schreeren, noch kein Aydt thain, dann auf ihren Brüsten mit ihren zweyen Fingern.

Eandem sollemnitas in feminis iuraturis desiderat ius Bauaricum: <sup>f)</sup> Wirt eine Fraue angesprochen umb ir Morgengab, und di ir gewer erzeugt hat oder erzeugen mag, die soll darnach ir gerechte Hant us ir prust legen, und ist si eine iunkfrau gewesen, so soll si severn, daz ir ir Wirt di Morgengab geben hab umb ir hoechsten ere, di ir got ie geben hab, damit hat si ir Morgengab bestaet, als recht ist.

Quartum exemplum reperitur in ordinatione iudicij aulici Rothweilensis <sup>g)</sup> P. XI. Tit. 10. §. 2. vbi sollemnitates a mulieribus iuraturis observandae traduntur: *Wann dann solches (scil. cum mulier praedium suum vendit, seu hypothecam in eo constituit &c.) beschicht, so soll dann die Fraue solchs verschaffen, verkauffen, ver machen oder verzehlen, oder was sie dann thun will, daß ihr Morgengab berührt thun mit Hand und mit Mund, mit Kopf und mit Brust, und ihres Vogts Hand; gegen dem sie das thun will,*

<sup>e)</sup> Conf. de LVDEWIG Reliq. Mscript. Tom. IV. §. 37. p. 14 seqq. vbi leguntur: Einige Oestreichische geschriebene Rechte und Lands-Gewohnheiten, wie solche bey Regierung Herzog Leopolds VII. in Oestreich, Babenbergischen Stammes, welcher an MCXIV. verstorben, üblich gewesen.

<sup>f)</sup> Conf. HOFFMANNVS, qui in loc. adduct. ex codice membranaceo hanc iuris Bav. sanctionem descripsit. Sed HEYMANNVS ius antiquum Bauaticum typis excrimentum curauit. Confer. eius Opuscul. p. 88.

<sup>g)</sup> in LÜNINGII Reichs-Arch. Tom. IV. p. 12.

wil, und wann der Hofrichter den Stab darbeut, so soll er den der Frau an die linke Brust vorne setzen, und soll die Frau mit ihr linken Hand greiffen zu ihren Haarlocken, oder Zopff des Haupts an der rechten Seiten, und das Haars ein wenig herfür ziehen, und mit der Hand den Stab, und die linke Brust vorne begreissen, und solches thun in vorgefchriebener Weise.

Sed quaestio nunc oritur, quanam ratio maiores nostros impulerit, vt mulieres iuraturas pectori imponere manum iussent? Origo huius ritus, si Gundlingium in loc. antea adducto sequeris, repetenda esse videtur ab ornamentiis, quae mulieres olim collo pendula secum ferre solebant, et quae *Phylacteria*<sup>b)</sup> seu μηρὰ ἐνυγγέλια<sup>c)</sup> dicebantur. His ornamentiis, cum pro rebus sacris haberentur, mulieres iurature manum dextram imposuerunt.<sup>d)</sup> Hinc non sententiam HOFFMANNI probo, qui *Observ. nr. Germ.* p. 97. contendit, omnem illam pectoris tractionem non aliunde quam ex gestibus affectu vehementiore expressis deriuandam esse. Si quis hanc caussam sequi vellet, non intelligitur, cur non masculi eodem ritu iuriandum praefliterint. Quis vero sibi persuadeat, feminis ideo, quod per pectus iuren, maiorem fidem esse habendam? SETSERVS in *Tractat. de iurament.* Libr. I. cap. 15, 19. eo procedit, vt statuere haud erubescat, mulieres iuraturas digitos pectori sinistro applicantes ideo manum non tollere, vt significetur subiectio, qua viris sunt obstrictae.

## Veri-

<sup>b)</sup> CHYRYSOSTOMVS in *Homil. LXXXIII. in Matth.* dicit: Φυλακτήρια ἐπιλαβῶ πολλά τὸν τῶν γυναικῶν ἐνυγγέλια τῶν τρυχύλων ἔσφρωτοι ἔχεισι.

<sup>c)</sup> confer. Io. Caspar. SVICERVVS in *Theſ. ecclſ.* Amſteld. 1682. ſub voce ἐνυγγέλιον Tom. I. p. 127. et Iſidorus Peluſiota Ep. CL. Lib. II: Scias, phylacteria exiguis fuisse libellos, qui legem conrinabant, quos Iudeorum magiftri ferrebat, quemadmodum nunc uxores parva euangelia (τὸν εὐαγγέλιον τὸν ἐνυγγέλιον μηρό) Mos μηρὰ ἐνυγγέλια ferendā eandem fere tenet aetatem, quam iplo Christianorum religio. Fronto Ducaeus, Burdegalensis, in notis ad Chrysostom. Homil. ad popul. Eccl. p. 49. in Tom. I. Edit. Parisi. 1656. dicit: legimus in actis S. Cæciliae solitam eam Christi euangelium gestare in pectore, idemque ex actis S. Andreae conſtar, iam a temporibus Apóstolorum usurpatum fuisse.

<sup>d)</sup> HEINECC. ELEM. IUR. GERM. Tom. II. p. 572. Gundlingiana P. IV. Diff. II. §. 8. seqq.

Verisimile tamen non est, mulieres, cum tactis reliquiis sanguinum adhuc iurarent, manum pectori sinistro non admouisse. Testis est *Agnes Comes ab Habsburg,*<sup>1)</sup> quae filiam Rudolpho, Comiti de Sulz, vxorem promittens his verbis vfa est: *Ich Agnes von Habsburg hab auch darum einem gelerten Eid liplich zu Gott und denen Heyligen geschworen mit aufgehebten Fingern und mit gelerten Worten.*

Ceterum silentio haud omittendum, non solum feminas, sed et clericos, vti iam obseruauit HEINECCIVS in Element. iur German. Libr. III. Tit. 6. §. 260. moribus Germanicis passim ite iurare, vt digitos manus dextrae sinistro pectori imponant. Hanc certe solemnitatem praescribit aurea Bulla cap. 2. Electoribus ecclesiasticis. LVDEWICIVS in Commentar. ad h. l. Tom I. p. 329. rationem in eo ponit, quod clerici sacram verbum in pectore gerant. Ex his vero sequitur, vt non spernenda sit opinio HOMMELII,<sup>m)</sup> qui putat, clericos et feminas olim ideo per pectus iurasse, quod usus armorum iisdem non fuerit permisus, nec ideo more prisco per gladium iusurandum praestare potuerint.

Sed plura afferre vetat temporis breuitas. Ego vero lectoribus humanissimis optima quaevis appreco.

1) Conf. de SENKENBERG Select. iur. et histor. Tom. II. p. 693.

m) in Progr. de iur. canon. ex German. legib. et feudal. explicando, quod Lips. 1755. prodiit, p. 15. seqq.





**ULB Halle**  
001 558 609

3



TH-DOC



36  
64

B.I.G.



DE  
RITV IVRANDI MANV SVBLATA VEL  
PECTORI IMPOSITA.

*DISSERTATIO*

QVAM

PRAE S I D E

D. GEORGIO STEPHANO  
WIESANDIO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSLIIIS  
SVMMI PROVOCATIONVM SENATVS DECRETALIVM PRO-  
FESSORE PVBLICO FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO CONSI-  
STORII ECCLESIASTICI DIRECTORE CVRIAEC PROVINCIALIS  
ET SCABINATVS ASSESSORE

DIE XXIX. OCTOBR. A. R. S. CICLO CCLXXXXV.

H. L. Q. C.

PVBLICE DEFENDET

A V C T O R

FRIDERICVS GVILIELMVS HERMANNVS  
DRESDENSIS.

VITEBERGAE,

LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISIL.

